

JOANNES KANEMAN MINORITA.



Joannes ille uir in scripturis sacris fuit doctissimus, arcȝ humanioribus literis & ipsa Philosophia optimè institutus. Accedebat & naturalis facundia, & ingenium ad omnia promptum. Vnde in habendis sermonibus alios omnes superabat. Cum autem ille intelligeret Papam cum suis cardinalibus & prælatis nimium sibi attribuere, atq; in ecclesiastica & ciuili administratione omnia ad se pertrahete, ipse pio zelo commotus, eam inordinatam potestatem reprehendebat. Id cum clerus sensisset, statim eum opprimendum censuerunt. Cum itaq; à pontificis ministro ad carcerem quereretur, fuga lapsus ad obseruantiales fratres minores contigit atque suam intentiam metu poenæ mutauit.